



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 63. Idem Cultus Basileæ abolitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

quidem tam fatalem nuncium non sine Sæcul. XVI.  
A.C. 1529.  
ingenti animi sui mærore percepit, fidei  
tamen hostibus nonnisi Christianæ pa-  
tientiæ scutum opponere poterat; quip-  
pe apud Argentinenses Wolfgangi Ca-  
pitonis & Martini Buceri, qui hujus de-  
creti Auctores erant, sententia præva-  
lebat.

### §. LXIII.

#### *Idem cultus Basileæ abolitus.*

Sub idem ferme tempus Missæ Sacrifi-  
cium itidem Basileæ abrogatum fuit,  
id potentibus quibusdam civibus. Hi  
enim, cum Senatus eorum votis cede-  
re renueret, die octava Februarii in Ec-  
clesia Franciscanorum congregati publi-  
ca urbis loca occuparunt, eo fine, ut Se-  
natores Catholicæ fidei addictos ad ab-  
dicandum Magistratus honorem com-  
pellerent. His vero obluctantibus se-  
ditiosi ad arma convolant, Sanctorum  
Imagines ac Statuas dejiciunt, easque  
comburunt, postea Senatum adigunt, Sleid. l. cit.  
ut duodecim Consiliarios Catholicos,  
quos inter Henricus Meltingerus, &  
Lucas Zieglerus erant, sua dignitate  
exuerent; nec his contenti decretum  
promulgari jubent, quo per totam eo-  
rum ditionem Missæ Sacrificium, cul-  
tusque facrarum Imaginum aboleretur.  
Hoc decretum die duodecima Februarii

K k 4                      Sena-

Sæcul. XVI. Senatus ex ducentis sexaginta Viris  
A.C 1529. compositus ratum habebat. Ejusmodi  
igitur agendi ratio Ferdinandum adige-  
bat, ut urbium Imperialium Deputatis  
hanc petulantiam in Comitiis Spiren-  
bus exprobraret.

## §. LXIV.

*Editum Spirenibus in Comitiis pro-  
mulgatum.*

Præterea inter Principes Spiræ con-  
gregatos diu acriterque de restau-  
randa Wormatiensis editi auctoritate  
ultra citroque disceptabatur, ac præpri-  
mis Ferdinandus illud omnino executio-  
ni mandandum contendebat, hancque  
ob rem a comitiis Argentinensem Depu-  
tatum nomine Danielem Miegum ex-  
cludi jubebat. Evidem ceteræ urbes,  
quas itidem hæc agendi ratio spectabat,  
pro illo deprecabantur, simulque postu-  
labant, ut servata Imperii consuetudine  
Deputati in jurium suorum usu minime  
turbarentur, donec lis in libera juxta  
ac legitima Synodo dirimeretur; quin-  
imo minari audebant, quod nulla prorsus  
subsidia pro bello Turcico suppeditare  
velint, nisi eorum postulatis mos gera-  
tur. Verum omnes eorum minæ pre-  
cesque in irritum cecidere, nec ultra  
Argen-